

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Quæstio in qua explicatur quàm graue sit peccatum veniale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

Questio in qua explicatur quām graue sit  
peccatum veniale.

Queritur an aliquis, ut luceretur vel  
saluet totum mundum possit licet sal-  
tem comitare unum peccatum ve-  
niale? Respondeatur quod si communis o-  
pinio S. Thomæ & omnium aliorum  
Doctorum, & si totus mundus incen-  
dio conflagraret, a quo omnes damnatae  
essent, & quis dicendo vel unū mē-  
daciū posset adhibere remedium at-  
que impedit, potius deberet permis-  
tere ut mundus periret quām mentiri.

1. Quia (ut dicit S. Paulus) non faciam  
mala ut veniant bona.

2. Dicit Euanglista: quid proficit ho-  
mini si totum mundum lucretur, anima  
verò sua detrimentum patiatur? Sed pec-  
cando etiam venialiter magnum infest  
damnum animæ suæ, ergo etiam pro  
toto mundo non deber hoc facere.

3. Quia noster finis est videre Deum;  
nullo igitur modo etiam proprietotum  
mundum est faciendum malum, quod  
nos possit retardare ab illo fine, sed  
peccatum veniale retardat; ergo pro  
toto mundo non est faciendum.

N<sup>o</sup>.

4. Neque pro ~~to~~ o mundo, neque  
pro infinitis si essent, debemus Deo da-  
re vel minimam occasionem, vel ullā  
offensionem, sed peccatum veniale est  
culpa quæ Deo valde displicet, & sic eū  
grauius offendit ; ergo nullo modo  
committendum.

5. Nemo debet etiam si possit totum  
mundum saluare, vel minimum dam-  
num inferre animæ suæ, quia tenet  
scipsum plus amare, quæ Mundum, &  
peccatum veniale plurima damnna ad-  
fert animæ ; igitur non faciendum.  
Quædā autem magis principalia dam-  
na hīc subiungentur.

*Recenſiuntur aliquot damnna quæ per ve-  
niale peccatum cau-  
ſantur.*

1. Obligat ad poenam, vel in hoc  
mundo, vel in purgatorio, unde quam-  
diu homo non est omnino purgatus,  
impeditur à visione Dei.

2. Maculat & contaminat animam,  
tollendo illi candorem suum & ut S.  
Gregorius dicit, peccatum mortale ob-  
tenebrat animam, veniale vero obſcu-  
rat eam.

3. Diminuit fervore Charitatis, sicut  
aqua extinguit flamnam ignis, qui fer-

e 6. uor